recursum annus anni transferre transportare similemque vel si
opus fuerit meliorem recognitionem facere sub summa prin-
cipalis vadio Quingentorum flor. pecuniae. pro quaquidem summa
simul cuncta vadiosque si ipse doctor cum suis posteris ips.
Slendowski et eius successoribus ad juditium seu offitium praesens Ca-
strensem Capitanealem Praemisliensem citare praemiserit. exture a iuris-
180 foro suis propriis quibusvis recedendo, coram eoque juditio seu offi-
cio se ad quod se citabitur (actus praesentis respectu) cum
successoribus bonisque suis subijcit in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere ac pro praefata summa
principali et vadio simul iuncta usque mille flor. pecuniae a iu-
ditio seu offitio non recedendo sub alia simili summa satisfacere
tenebitur et sui posteri tenebuntur. Nullum terminum ordinem
praemissorum circa vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori
litteras et decretis regalibus, statutis et constitutionibus qui-
busvis novis vel veteribus laudatis et laudandis, bellis colloquiis
Conventionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica
Conventio militari et reipublicae, sive sacrae regiae maiestatis, aura
pestifera, incursu hostium, evocatione de terra et districtu ab-
sentia a regno ac aliis omnibus legalibus impedimentis non dif-
ferendo nec prolongando atque se excipiendo, interregno minorenni-
tatique successorum se non defendendo. Nec ad annos discretionis nec
ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis nec ad evictores
seu evictores ac ad munimenta quaevis sibi dilationem seu di-
lationes recipiendo, a decretis quibusvis tam in accessoriis quam in
principali negotio latis et factis, nullas motiones cum ap-
pellationibus earumque prosequutionis a iuditio seu officio faciendo
allegandis. Quod non facit euadendum vadium faciam et facere
me offero. Nec clausula Neminem ad impossibilia teneri et
obligari se non defendendo, poena trium marcarum et triplici poe-
na vadium seu vadia praenominata non evadendo, immo se cum
successoribus omnibus iuris remediis, cautionibus praescripti-
onibus, suspensionibus ac aliis omnibus gratiis dilationibus abrenun-
tiando et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem prae-
sentem assumendo sua successorumque sub ammissione totius
causa nisi solutionem praefati vadii vel vadiorum. Quibus solu-
tis utique inscriptionem pati et omnibus in ea contentis satisfacere
cum suis posteris tenebitur quas opus fuerit tenebitur. Nulla
secum terrestri in praemissis obstante.

Sieniensky tti doctori Medicinae

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
Praemisliensibus Generosus Nicolaus Sieniensky de Sienno Dapifer terrae
Sanocensis mente et corpore sanus existens, a terrae districtibus iuribusque
suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo praesenti iuri
Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia
quoad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorpo-
rando et subijciendo palam personaliter personaliterque recognovit. Quia Egre-

gio Jacobo Ostiensi doctori medicinae et eius praemisliensi eiusque successoribus
Quingentos flor. pecuniae monetae et numeri Polonicalis certi veri et li-
quidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur, praesentique inscriptione se et suos
successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus
et immobilibus, summisque pecuniariis quibusvis nunc et in post habitis
obligat et inscribit pro die et festo sanctae Agnetis virginis proxime
et immediate venturo solvere, realiterque circa acta praesentia Castrensia
Praemisliensia in Castro Praemisliensi exponere et relinquere sub vadio 181
similis summae quingentorum flor. pecuniae monetae Polonicalis. in
effectu solutionis summae principalis ... tempore
suprascripto solutioni assignat. Pro eaque Sieniensky et eius suc-
cessores praedicto doctori et eius posteris ad solvendum succumbendum
in unamque summam capitalem et essentialem debitum mille flor. pecuniae
convertendum. Nihilominus praefatus Dapifer se et suos successores su-
per omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem
ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni
transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem
recognitionem facere. et circa transportationem inscriptionis praesentis gene-
rosam de Sulirow consortem suam legittimam cum duo-
bus amicis ipsius de linea paterna proximioribus sive consangui-
neis, ad consentiendum super inscriptionem praesentem quoad omnia iu-
ra sua reformationis et advitalitiale statimque quovis ipsam in bonis
ipsius omnibus quomodolibet concernentibus ad eaque acta terrestria Praemisliensia
adducere et statuere, sub vadio summae principalis Quingentorum
flor. pecuniae. pro quaquidem summa simul iuncta et vadio seu vadiis
si se ipse Sieniensky eorum doctori vel eius posteris ad juditium
seu offitium praesens Castrensem capitanealem Praemisliensem citare pro-
miserit et eius posteri praemiserint. exture a terrae districtibus
iuribusque suis quibusvis propriis recedendo, coram eoque iuditio seu
offitio, cui se ad quod se citabitur, cum successoribus bonisque suis
subijcit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pa-
rere respondere, ac pro praefata summa simul iuncta usque mille
flor. pecuniae vadiisque seu vadiis a iuditio seu offitio non recedendo sub
alia simili summa vadiisque satisfacere tenebitur vel eius posteri te-
nebuntur. Nullum terminum ordinem praemissorum circa vel simplici in-
firmitatibus, actione pro maiori, litteris et decretis regalibus, statutis
et constitutionibus quibusvis laudatis et laudandis, bellis, colloquiis, con-
ventionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica, con-
ventione militari et reipublicae, sive sacrae regiae maiestatis, legatione intra
et extra regnum, incursu hostium, absentia a regno ac aliis omnibus
legalibus impedimentis non differendo nec prolongando atque se excipiendo
interregno minorennitateque successorum se non defendendo, Nec ad an-
nos discretionis, nec ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis
nec ad evictorem dilationem seu dilationes recipiendo, appellationes
cum motionibus earumque prosequutione a iuditio seu offitio nullas fa-
ciendo. Poena trium marcarum et triplici poena vadium seu vadia
praenominata non evadendo. Immo se cum successoribus omnibus iuris remediis

evasionibus, prorogationibus, suspensionibus, Non statutione in mitis intempestiva prius citationis, mala in lucro condemnatione, malo processu iuris, ac aliis omnibus diffugiis iuris dilationibusque abrenuntiavit. Gentes nil sibi in auxilium contra inscriptionem praesentem vinculique effectum recipiendo, sua suorumque successorum sub ammissione totius causa vigore lutionis praefati vadii vel vadiorum. Quo vel quibus solutis atque inscriptioni praedicti et aliis in ea contentis satisfacere cum suis posteris totiens quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante
152

Herborth cum Sieniensky

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus personaliter stans Generosus Joannes Herborth de Fulstin et in Carnowicz haeres a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusuis propriis ac foro competenti recedendo, praesenti vero Castrensi Praemisliensi iurisditioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incorporando inuiscerando subijciendoque: mente et corpore sanus existens publice per expressumque recognouit. Quia Generoso Nicolao Sieniensky de Sienno Capitaneo terrae Camenecensi vincique legittimis successoribus summam mille flor. pecuniae monetae et numeri Polonicalis, quemlibet flor. triginta grossis Polonicis computando, certi veri et liquidi debiti siue mutuatae pecuniae tenetur, praesensque inscriptionem facit suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit, pro die et festo Sanctae Agnetis virginis proximo et immediate ventura soluere, ualitereque circa acta praesentia Castrensia Praemisliensia exponere et relinquere, nec iterum ab officio effideiubere sub vadio similis summae mille flor. pecuniae in effectu solutionis summae eiusdem principalis pro die et tempore suprascripto, per eundem Joannem Herborth vel eius posteros praedicto Sieniensky vel eius successoribus ad soluendum eiusdem minimeque summam essentialem et capitale debitum, duorum millium flor. pecuniae; Extenditurque summa praefata simul iuncta in et super omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus bonis ipsius Joannis Herborth et eius successorum per eum in quibuscunque terris et districtibus regni Poloniae nunc et in post habitis, Nihilominus praefatus Joannes Herborth se et suos successores super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transferre transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere, sub vadio summae praedictae mille flor. pecuniae. Pro quaquidem summa simul iuncta et vadio si se praefatus Joannes Herborth, eius Capitaneo vel eius posteris ad iudicium seu officium Castrense Capitaneale Praemisliense citare praemiserit, vel eius successores praemiserint extra a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusuis propriis ac foro competenti recedendo, coram iudicio seu officio, cui si ad quod fiet citabitur actus praesentis inscriptionis cum successoribus bonisque suis subijcit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefata summa simul iuncta duorum millium flor. pecuniae a iudicio seu officio non recedendo sub alia similis summa duorum millium flor. pecuniae satisfacere tenebitur vel eius posteri tenebuntur. Nullum terminum ordinis praemissorum circa vel simplici infirmitatibus, actione per maiori, lite et decretis regalibus, statutis et constitutionibus quibusuis nouis vel antiquis lauatis et laudandis, Bellis colloquiis, Conuentionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica, seruitio militari et reipublicae, ex seu sacra regia maiestatis, euocationi de terra et dicta, absentia a regno ac aliis omnibus legalibus quibusuis impedimentis non differendo nec prolongando atque se excipiendo, interregno minoreni[illegible] nitatique suorum se non defendendo. Nec ad annos discretionis annorumue, Nec ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis et ad euictorem seu euictores dilationem seu dilationes excipiendo a decretis quibusuis tam in accessorio quam principali negotio latis et factis, nullas motiones cum appellationibus a iudicio seu officio recipiendo, Nec ad prosequendam causam iudicem et partem adcitandam, poena trium marcarum et triplici poena non vacando, immo penitus successoribus omnibus iuris remediis, mala in lucro condemnatione, malo processu iuris, evasionibus, prorogationibus, suspensionibus, ac aliis omnibus gentes dilationibus abrenuntiando. Et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem assumendo, sua suorumque successorum sub ammissione totius causa. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante. 153

Bełowa et Ossolinska approbat diuisionem

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus capitanealibus Praemisliensibus Generosa Catherina Generosi Christophori Beły de Naglowicze, et Anna Generosi Andreae Ossolinski de Ossolin et in Balatow haeredis coniuges de Drohoiow, filiae olim Generosi Andreae Drohoiowski, qualibet cum consensu mariti sui primo ipsam personaliter stantis et ad infrascripta omnia sibi libere consentiente, a terris pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusuis propriis ac foro competenti recedendo, praesenti vero Castrensi Praemisliensi iurisditioni se successores ac bona sua omnia, quo ad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando et subijciendo, mente et corpore sanae existentes, ipsa praefatorum maritorum et amicorum suorum salubri consilio, sponte libere publice per expressumque recognouerunt, et quaelibet ex eis seorsum pro suo interesse recognouit. Quia ipsae et quaelibet ex eis seorsum quantum pro interesse cuiuslibet earum spectat et pertinet uti filiae successoresque legittimae olim praefati Andreae Drohoiowski, super quas quantum pro cuiuslibet interesse pertinet bona omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia morte olim parentum earum derelicta, iure diuino et naturali sunt deuoluta super diuisionem in actis praesentibus Castrensibus capitalibus contentam et descriptam inscriptionem. Qua magnificus Stanislaus Drohoiowski de Drohoiow Castellanus Praemisliensis uti patruus et tutor ipsarum tum et Generosarum